



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. An ve[n]turus sit ad iudiciu[m] Christus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Angelis mundi fabricatoribus inspiratos Prophetias protulisse, proinde ne eos curarent amplius, qui in cum & in se lenen eius sperarent: Et vt liberis agere, que velint, secundum enim ipsius gratiam saluati homines, & non secundum opera iusta. Semper etenim diabolo curæ fuit obtruncare virtuti, & bonis operibus. Quæ ex Apostolo adferuntur ad ea respondet Augustinus l. de operib. & fide cap. 14. Sanctus Paulinus Epist. 26. ad Victicum plane de operibus conuicia ratione loquitur, plenos operibus bonis ad celum Christianos ire proficitur. Quid ergo miremur tam patientem te esse meritum, tam diuitem gratiarum, cum hoc tibi fuerit virtutum in Christo rudimentum, quod longiorum laborum paucis consummatio est? Dubitemus etiam nunc, an perfectus sis, qui de perfectione cepisti? Et si legitime coronandus sis agone, securus, cum currere cæperis ad coronam? Memineris quæ te iugiter illa die, qua te innumera meritorum tuorum cohorte comitatur, ornamentisq; felicibus complet, vt pretiosam suademati suo margaritam rex æternus aptabit, nec tuarum tibi cæsumpramiam se debere virtutū index iustus agnoscat. &c.

Sextus; de malis doctoribus, & operibus fidei, non modo veram doctrinam exposuit, verum etiam de notis hæreticis prophetauit. Ex his omnibus credo iam manifestum esse huius tantum professionem fidei ad vitam gloriam profuturam, qui eam habere se bonorum operum exercitatione, & sancta conuersionis professione monstrauerunt. Illi vero non satis ius prerogatiuam collaturam, qui vitam suam probro delictorum inquinamento, & turpissimo flagitiorum ceno sedauerunt. Sed dices mihi, si fides absque iustitia operibus minus proderit, quomodo per Prophetam Dominus dicit: Iustus autem meus ex fide viuuit? Non dixit peccator in fide viuere, si in delictorum suorum conuersione durauerit, aut si fidem habet, permanens in peccatis suis ex fide viuuit, & peccatorem, etiam sperare non desinat, sola iustificat fides, demonstrare te par est. Ceterum eius rei premium, quod soli iusti promittitur puto, quod in sua iniustitia perseverantibus denegatur. Memine de baptizatis non de catechumenis haberi sermonem. Præfatus enim fuit Dominus nouissimis temporibus tales fore Doctores, qui sub velamento fidei, omnem disciplinam vigorem, atq; iustitie adulatoria niterentur per suasionem oblectatione deperdere. Et idcirco huius sententia definitionem ac inextinguibilem iustitiam nunciat, quem nequaquam per nos se doctrina aries possit agitare. Iustus autem meus ex fide viuuit, hoc est dicere, illi tantum fides proderit ad salutem, qui secundum me iustus esse voluerit, &c. Ergo inquit Iacobus, ne solum sibi fidem sufficere existimet, nihil solius fidei prerogatiuam, absq; iustitia operibus ipsam profuturam esse restat est.

Nec tamen bona opera illi sine gratia agnoscunt: Sed gratia manantia. Optime enim Concilium Arelaticum c. 18. Debetur merces de bonis operibus si fiant, sed gratia, qua non debetur, præcedit, vt fiant. Itaque nec opera sine fide, nec fides sine operibus saluat, vt Professor ad c. 6. Gallorum respondet. Et Leo Sermon. 2. de Epiphania. Non enim dormientibus provenit regnum celorum, sed in mandatis Dei laborantibus, ac vigilantibus.

Audiamus igitur Alciuum Auitum Christiane carentem, minus ornate, sed vere.

Non vanum præ se tumefacta scientia nomen

Nostre ferat, sed iuncta sibi dilectio subsit,

Nam non Christicolæ nosmet sanctosque putamus:

Agruat hoc etiam nomen ni facta sequantur.

Certe S. Athanasius grauiter monet Episcopum Dracontium Epistola ad eum scripta, ne fugiens Ecclesiamque deferens talentum abscondat. Si non acceptus denarius nequaquam ille te inuolauerit. Ceterum cum acceptus, eoq; in foderis, & in occulto habueris, merito inculcet, profert illa verba, que absit vt audiat tua religio: Oportet te porrigere denarios meos trapezini, vt ego veniens, ab illis repetam. Obsecro igitur vt tibi ipsi & nobis parcas: Tibi ipsi vt periculum euites: nobis, ne super te lugeamus. Curam habet

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

tua Ecclesia, ne per te multi ex pusillis detrimentum accipiant aliquæ ex tuo exemplo occasionem nanciscantur se subducendi. Si igitur tempora merus, & formidine contractus id fecisti, nequaquam illud virilis est animi: oportebat enim, te secundum zelum Christi in istiusmodi temporibus specimen tui edere, & potissimum in grauioribus circumstantiis, fiducia libertateque rei, & dicere Beati Apostoli verba. In omnibus istis magnifice vincimus maxime ea de causa, quia non temporibus nos, sed Deo seruire condecet.

§. 4. De nummulariis, & vsura non est pars necessaria, sed emblemata: nec Christus, quid recte fiat inter homines, sed quid fieri soleat, ostendit. Nec cum venturum se minatur vt furem, ideo furta comprobatur. Ideo oportuit igitur te pecuniam dare nummulariis, hoc est, lucellum aliquod congerere, etiam minimo labore. Hominem enim attentissimum ad rem, & vndiq; lucris inhiantem describit, vt iudicis nobis in exigenda ratione diligetiam ob oculos ponat, cuius calculum, ne obolus quidem effugiet. Eodem modo aufertur id quod habet, pigro, omnia enim dona in irritum cadunt.

Datur illi qui decem talenta possidet, ille enim vassus est. Docet vero Chrysostomus dari habenti, & vrenti. Quin & Beza, Eripi talentum male vsa.

Hoc etiam notandum quibusdam Græcis codicibus deesse verbum παντα, omni, sed est tamen in aliis, vt etiam latinis. Deinde Latini codices habent, quod videtur habere. Et pauci Græci δὲ δοῦναι ἔχον, quod videtur habere, ceteri δὲ ἔχειν, quod habet. Addetur autem habenti. καὶ περισσεύσας, abundabit, supererit illi. Syrus tantum habet: נָתַן וְעָשָׂה וְעָשָׂה veneth thesaph lech. Et adijcietur ipsi. Male Origenes. Omni habenti ex se fidem dabitur gratia. Nemo enim ex se fidem habet, cum sit gratuitum donum Dei.

VERSUS 31.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue.

QVÆSTIO I.

An venturus sit ad iudicium Christus.

§. 1. **Q**uod hætenus parabolice inculcauit, nunc aperte, & remoto velo proponit, se esse sponte, se esse patrem familias, se iudicaturum. Nunc laborandum esse, nunc talentis negociandum, vasa oleo complenda, tum fore clausam, ianuam misericordiae, superfuturas tenebras. Salubre monitum est Chrysostomi. Ἀντὶς ὁ κλησόμενος καὶ ἐν δόξῃ καὶ ἀποτίθωμεν, οὐδὲς ἡμῶς ἐλεήσει λαίπρον, καὶ μὴ εἰς θένωμεν. Si enim nunc negligentes simus, & per ignauiam degimus aetatem, nemo nostrum de cætero miserebitur, & si decies milles steamus. Hic igitur iam de talentis ratio putabitur τὰ χαρῶτα, inquit Chrysostomus, ὅτι ἐν ταῖς χάρισι δυνάμεις εἶναι ἐν ταῖς χάρισι εἶναι ἐν χάριτι, εἶναι ἐν διδασκαλίᾳ, εἶναι ἐν αἰσθησὶν, οὐδὲν περὶ αἰσθησὶν, μὴδεὶ οὐδὲν λέγεται ὅτι ἐν ταῖς χάρισι ἔχωμεν, ὅθεν δυνάμει πηρῶς. δυνάμει ὅτι δὲ ἐνός διδασκαλῶν. Id est. Talenta enim hic pro eo quod vniuersisq; facere potest accipimus, siue autoritate protegere, siue pecuniis iuuare, siue doctrina admonere, siue alia quapiam re proximis prodesse queas. Nemo secum dicat, cum vnum talentum habeam, nihil possum efficere: potes profecto ex vna te sola comprobati.

§. 2. Hoc tam terribile iudicium, vt metum mentibus demerent, & ostium omnibus flagitiis aperirent, iudicium multi hæretici negarunt. Principio quidē ea de causa qui nega-

Christianos irridebant Ethnicis. Ita Tertul. Apol. c. 48. rinit.

Rr 2

Itaque

Itaque & videtur Deum predicantes iudicaturū. Sic enim & Poeta, & Philosophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehēnam comminamur, quae est ignis arcani subterranei ad poenitentiam proinde decachinamur. Sic enim & Pyrophlegmon apud mortuos amnis est. Et si paradysum non invenimus locum divinae amenitatis recipiendus sanctorum spiritibus destinatum maceria quadam ignea illius zone à noxia orbis communis segregatum Elysi campi fidem occupant. Unde hac (oro vos) Philosophis aut Poetis tam consimilia: non nisi de nostris sacramentis. Si de nostris sacramentis, ut de prioribus. Ergo fideliora sunt nostra magisque credenda, quorum imagines quoque fidem inveniunt. Si de suis sensibus iam ergo sacramenta nostra imagines posteriorum habebuntur, quod rerum forma non sustinet. Nunquam enim corpus umbra aut veritatem imago praecedit.

Et Apol. cap. 18. Sed & observantibus quae praeia destinantur, ut qui producti suo isto iudicaturū sit suos cultores in vita aeterna retributionem: profanos in ignem atque perpetuam & ingem suscitatis omnibus ab initio defunctis, & reformatis & recensitis ad virisque meritis dispositionem. Hec & nos risimus aliquando. De vestris fuimus, sunt, non nascuntur Christiani.

Hos secuti sunt, Simon, alique qui se Christos nominantur, & mundi servatores esse persuadere sunt conati.

Marcionitae deinde, quod iam ante docuissent, Deum suum totum bonum, alium à Deo creatore, quamvis illi puniendi vices non darent, tamen peccatorum non faciebant amicum. Tertullian. l. i. c. 27. contra Marcionem. Multo adhuc vanius, cum interrogati, quid fieri peccatori cuique dei illorum, respondent, abijci illum quasi ab oculis. Nonne & hoc iudicio agitur: iudicatur enim abijciendus, & ut iudicio damnationis: nisi si in salutem abijciatur peccator, ut & hoc Deo optimo comperat. Et quid erit abijci, nisi amittere id quod erat consecutus si non abijceretur: id est salutem. Ergo salutis in detrimentum abijciatur: & hoc decerni non poterit nisi ab irato, & offenso, & executore delicti, id est iudice. Exitus autem illi abijcto quis? ab igne, inquit, creatoris deprehenditur. Adeone nullum habet elementum, vel in hanc causam proutsum, quo peccatores suos vel sine sententia releget, ne illos dedat creatori? Quid tunc creator? Credo sulphuratiorem eis gehennam preparabit, ut blasphemiam suam scilicet: nisi quod Deus zelotes fortasse ad desertoribus adversarij parceret? O Deum usquequaque peruersum, ubique irrationalem, in omnibus vanum, atque ita neminem: Cuius non statum, non conditionem, non naturam, non vllum ordinem video consistere, iam nec ipsum fidei eius sacramentum.

Itaque nullo modo impunitum peccatorem dicere audebant. Creatorem vindicem faciebant. Idem de praescription. c. 13. Venturum ait cum claritate, ad summendos sanctos in vitam aeternam & promissorum caelestium fructum, & ad prophanos iudicandos igni perpetuo, facta viriisque partis resurrectione cum carnis resurrectione.

Idem Ruffinus multis probat, & Tertull. aduers. Praxeam. Item Cyrtian. alique vetustissimi.

Gnostici etiam iudicium Dei negabant, Casti. v. Iudicium. Deinde circa annu Domini 200. Florinus, postea circa annum 300. Manichaei Epiph. haes. 66. Albanenses secuti anno 800. Haec illi à Simone sumpto initio, ut Epiph. haes. 11. & August. haes. 1. Farelus Epist. ad Caluinum resurrectionem corporum negat. Caluinus in cap. 27. Neque enim timendum est, ut in Dei iudicium amplius veniant peccata nostra, à quibus tam preciosa mercede nos absoluit Dei filius. Venient vero omnia in Dei iudicium, nisi pro quibus ipse Dei filius soluit precium nobis non modo credentibus, sed & poenitentiam agentibus.

§. 3. Origenes tractatu 34. in Matthaeum dubitat: an nubes in quibus venturus est, sint verae, proprieque dictae nubes, an perfectiones Sanctorum? Nimium allegoriis suis ille additus fidem iudicii e-

Fugienda
allegoria.

leuat; si enim allegorice sunt nubes, non possunt nec cetera etiam per eandem allegoriam exponi: & Iohannes, & Angeli, atque adeo resurrectio. Facile enim praedestinationi, & Borborianae expositione abusu iudicium, & resurrectionem negabunt. Facile Nathanael & Elianus, indicare, interpretabitur regnare: Iohannes enim admissis figuris, cetera corrumpuntur, vniuersi certi fit in literali, & historico scripturarum sensu. Verum de iudicio toties Scripturae testimonia praestant, ut nemo qui illis credit, vel minima dubitatione pulsari possit. Ad totum enim vniuersum pertinet, ut Deus iustitiam cunctis manifestam faciat: omnes iniuriam vlciscatur; Ita Mos praedicat, se in die viuentis & hoc eorum peccatum visitaturum. Tu lege quae apud Iob sunt cap. 31. v. 14. Eccl. 12. 14. Sap. 5. 1. 2. 3. 4. & 6. 6. 15. Ierem. c. 23. v. 19. Daniel. 7. 9. Ioc. 2. 1. & 3. 2. Soph. 1. 14. Zach. 14. 5. Malach. 3. 2. & 4. 1. in nouo Testamento saepe, adeo, ut perpetuo inculcetur: minime enim omnes iudicii, gehennae, & va ex pertinent. Ioannes Baptista incipit, ita Christus. Deinde videt Matth. 12. 36. & hoc loco Ioh. 5. 22. Act. 17. 31. Rom. 2. 15. & 14. 10. 1. Cor. 4. 5. 2. Cor. 5. 10. 1. Thess. 5. 2. 2. Thess. 1. 2. 2. Petr. 2. 9. & 3. 3. Iude v. 1. Apocalypsi pene tota, sed c. 20. describitur. Testatur idem omnes SS. Patres & quos citavi, eorumque consortes & collegae. Haec vere, seuere, & asperitabili apparatu futura, Christo in carne gloriosa metum improbis, gaudium electis deferente, adeo certum, ut veteres fuit, ut ex eo Tertullianus veritatem, & munditiam carnis Christi probet, l. de carne Christi c. 16. Agnoscunt hominem Deo mixtum, & negant hominem. Mortuum credunt, & quod est mortuum, ex incorruptelam esse contendunt, quasi corruptela aliud sit à morte. Sed & vestra caro statim resurgere debebat. Expecta, non dum inimici sui Christus oppressit, ut cum amicis de inimicis triumphet. Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij heretici loci sibi facit Alexander ille, quasi non affirmemus idcirco Christum terreni census induisse carnem, ut euacuaret in semetipso carnem peccati. Quod uti diceremus, quatenus ratione, muntemus potentiam nostram, dum ne tanta amentia qua putant, terquam ipsam carnem Christi opinemur, ut peccatricem, euacuam in ipso, cum illam & ad dexteram patris in caelis praesentem meminerimus & venturam inde suggestu paterna claritate predicemus. Adeo ut euacuam non possumus dicere, ita nos peccatricem. Nec euacuam in qua dolus non fuit, defendimus autem, non carnem peccati euacuam esse in Christo, sed peccatum carnis: non materiam, sed naturam: nec substantiam sed culpam: Secundum Apostoli auctoritatem dicentis: Euacuauit peccatum in carne.

QUESTIO II.

Qui cum iudice venturi sunt?

§. 1. PRIMO sancti Angeli, in Graeco enim est ἄγγελοι. Quod vetus interpret non legit, nec est in coe-rectis; Syrus tamen apponit. Nec modo Angeli, sed omnes Angeli, hoc millena millena, nemo aberit, omnes enim sunt administratorii Spiritus. Quae etiam ex re apparet, Christi diuinitas, cui ministrant omnes Angeli. Alia etiam ex parte eadem ostenditur, dum omnia penetrare, & scire, id est; iudicare dicitur. Atque hac ex re maiestas facile ostenditur, cum tot Angelorum legionibus circumdatum iudicem videntur aduersarij. Non defunt qui eo in assumptis, lucidissimis, pulcherrimisq; corporibus comparituros existiment, quod Dominus etiam aspectabilis in veritate carnis in throno ad iudicandum sedeat.

§. 2. Aderunt etiam sanctorum millia, de quibus Ioh. 19. Luc. 22. 1. Cor. 6. 2. 3. cum Christo enim iudicabunt. Verum hoc ad aliorum locorum expositionem pertinet.

§. 3. Cal-